



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Bervvardi Episcopi Hildesemensis: Ex ea quæ est per Tangmarum
presbyterum: eius Præceptorem. Quo tempore floruerit & obierit patet
infra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

VITA S. *BERVVARDI EPISCOPI
Hildesemensis: Ex ea que est per Tangmarum
presbyterum: eius Præceptorem. Quo tempore
floruerit & obierit patet infra.

* al. Ber-
nuardi.
Vide Ioan.
Molan. in
Martyr. V. J.
uardi.

20. Noué.
Patria &
parētes eius.

Sedulū dat
operam lite-
ris Beruuar-
di.

Initiatur sa-
cris ordini-
bus.

Fit Præcep-
tor Impera-
toris.

S Beruuardus illustri admodum Saxo-
num prosapia ortus, ex filia nimirum
Adelberonis Palatini Comitis, Tang-
maro presbytero multæ eruditionis viro, li-
teris imbuendus, ac moribus instruendus
commendatus fuit. Et quidem cū esset egregiæ
indolis puer, multis parafangis coæuos suos
superabat. Mirum enim in modum tenera æ-
tas, cælesti irradiata lumine, subtili meditati-
one interiora diuinæ sapientiæ iugi studio ri-
mabatur; nunc communi studio cum alijs,
nūc quos diligentiores in sancta exercitacione
cernebat, familiarius seorsum assumens,
propositis quæstionibus scrupulosa quæque
ad medullam euentilabat: moreque pruden-
tissimæ apud singulas lectiones, remotiori
loco sedens, intento auditu captabar. Sic-
que progressu temporis omni scientiarum ge-
nere egregiè instructus, cunctisque sacris or-
dinibus ritè susceptis, tanta insuper claruit
vitæ sanctimonia, vt Otho eius nominis ter-
tius Imperator septennis adhuc puer, fidei
illius literis imbuendus, moribusque insti-
tuendus, consensu cunctorum procerum à ve-
nerabili matre eius Domina Teophania Au-
gusta commendatus sit. Qua non multo post ex
humanis sublata, vtroque iam parente orbatus
Imperator, totum se regendum in stationem
fidissimi magistri sui contulit: quem familiari-
tate

tate complectebatur præcipua, nec ab vlllo inferius tractari patiebatur, quem vniuerso virtutum decore respersum venerabatur.

Contigit autem per idem tempus Osdagum Antifistem Hildesensem viam vniuersæ carnis ingredi, cum protinus hic religiosus vir Beruuardus votis omnium ad Pontificatum eligitur: ac tandem Anno Dominicæ Incarnationis 993. Indictione Sexta à VVilegiso Archiepiscopo, Episcopus Hildesemensis Ecclesiæ consecratur 18. Calend. Februarias.

Adeptus itaque pontificatum, quanta continentia, vigiliarum, precumq; assiduitate iuvenile corpus ad virtutû culmè coegerit, dici nõ potest: modû tamen ac discretionè in cunctis agendis præcipuè amplectebatur. Nocturnum ac diurnum diuinum officium cum clero in Ecclesia persoluebat. Post Missarum verò solennia in publicum progressus forenses causas & oppressorum negotia breuiter examinabat; quia ingenio ac facundia apprimè pollebat; habuitque clericum dispensatorem, qui eleemosynæ ac pauperibus præerat: quorum centenos videlicet vel eo amplius dietim abudantissimè victu refecit. Plerosq; etiam vel argento aut cæteris subsidijs, prout facultas concessit, subleuabat. Inde officinas, vbi diuersi vsûs metalla fiebant, circumiês, singulorû opera librabat: donec circa horam Nonâ ritè omnibus peractis, cum timore ac Domini benedictione ad mensam, fratrum populique stipatus frequentia confedit: nõ pòpatice quidè, sed religioso siæcio cunctis ad lectionè intèris, quæ inter reficiendum non breuis legebatur.

Porro

Quantus apud Imperatorem.

Succedit Osdago in Episcopatu Hildesensi.

Qualis in Episcopatu.

quam sedulum in diuinis.

Item in externis.

quam benignus in pauperes.

Qualis in mensa.

*Etiam me-
chanicis arti-
bus excellit.*

*Optimus Oe-
conomus.*

Matth. 22.

*Hostium ir-
ruptionis
conspicit.*

*Multū auget
facultates
Ecclesiæ
sue.*

*Collapsa re-
staurat.*

*Exornat Ec-
clesiã suam.*

*Munit cini-
tatem.*

Porro nihil artis erat, quod non attentaret, etiam si ad vnguem pertingere non valeret. In scribendo verò apprimè enituit; picturam etiam limatè exercuit: frabrili quoque scientia & arte clusoria omniq̃ue structura mirificè excelluit; vt in plerisque ædificijs, quæ pompatico decore composuit, post quoque claruit. In negotijs verò domesticis, & ad vsum familiaris rei pertinentibus viuacissimus executor, ac si his à puero innutritus, calluit. Sed enim cum in Christi gazophylacio quæcunq̃ue idonea sciuit, fidei deuotione congereret: non minus tamen Cæsari sua persoluebat. Saxoniã à frequentibus Barbarorum incurSIONibus, vigilantissimus Pastor, extructis duabus munitiõibus, locis opportunis, egregiè tuta-uit, ac demum ab hostili feritate omninò liberauit.

In prædijs autem Ecclesiæ suæ tanta congestit, vt triginta vel plures præcipuas chortes cum litorum ac colonorum familijs, clarissimis ædificijs prænitentes compararit; cum in alijs complurimis locis decem mansos vel octo plus vel minus, prout causa acciderat conferret. Antiqua siquidem loca, ab Antecessoribus suis neglecta, optimis ædificijs collustrauit. Ecclesiã quoque suam miro studio decorare ardentè instabat: picturis nimirum lucidissimis; Codicibus auro & gemmis clarissimis; thymia materijs quoque precij & magnifici ponderis: similiter & calicibus. Coronam quoque auro argentoque radiantem miræ magnitudinis in facie templi suspendit: ciuitatèque muro ac turribus insignibus ad orientè &

occi-

occidentem. Ecclesiam quoque valde splendidam in honore viuificæ Crucis extruxit; cuius etiam aliquam partem, largiente Imperatore, ibidem clarissimis gemmis auroque purissimo inclusam condidit: vbi etiam diuina pietas plurima signorum miracula ostēdit. Monasterium quoque S. Michaelis in septentrionali parte ciuitatis, à fundo extruxit, totaque deuotione & apparatu decenti instituit: quod prædijs sufficientibus dotatum, cænobitis Deo famulātibus ibi collectis delegauit. In cuius Ecclesiæ crypta 66. corpora reliquiarum digna ueneratione ab eo condita sunt.

Condit Templū S. Crucis.

Ibidem fiunt miracula.

Monasteriū S. Michaelis

extruit & exornat reli-

quijs Sancto-

rum.

Ceterum cum iam transitus sui diem, quem semper optauerat, imminere præuideret, sacellum quoddam inter S. Crucis & suum monasterium, constructum in honorem S. Martini, dedicari fecit: ibidemque pro augmento religionis ipso die habitum priorē mutans, monasticæ professionis iugū suscepit. Tactus deinde infirmitate vltima, ad eandē Capellā se transferri præcepit vir beatissimus; ibidemque diutina quinquennali nimirum corporis molestia tritus anno à Christo nato 1022. 12 Calend. Decemb. Pontificatus sui circiter 30. è carnis ergastulo ad æternitatis gloriā in cælos emigravit: tota regione, illius obitu non mediocriter consternata & afflictā. More autem ecclesiastico exequijs ritè celebratis, sacrum corpus eius in crypta Cænobij quod ipse fundauerat antè altare S. Mariæ maxima cum Christi fideiū deuotione sepelitur. Quantis autem post hæc Dominus miraculorum insignijs sanctum suū glorificauerit: non est nostræ paruitatis ob-

** S. Michaelis.*

Induit habitum monasticum.

Migrat in celum.

Quo tempore.

** S. Michaelis.*

Locus sepulture eius.

O o nimir

*Miracula ad
tumulū eius.* nimiam prolixitatem singulatim hic expla-
nare. Et quidem præter sanitatū collata bene-
ficia ad tumulū eius; ibidem & noctu psalmo-
diæ cæcus auditus, ac luminaria diuinitus ac-
cēsa subindè visa, miriq; odoris fragrātia lō-
gè lateq; diffusa. Successit verò huic sacro An-
tistiti, S. Gothehardus: cuius vita extat 4. Maij.
Tom. 2.

*Vide Tom.
7. Annal. &
8. C. Baron.* VITA S. COLVMBANI ABBATIS: EX
ea qua est per Ionam eius discipulum & Abba-
tē conscripta insertis quibusdam ex vita S. Gal-
li. Obijt anno Dominici Natalis 615 tempori-
bus Clotarij Francorum Regis Chilperici filij.

*21. Nouē.
Patria eius.*

COLVMBANVS, qui etiam Columba
dictus est, in Hybernia, inter ipsa fidei
illic nascentis primordia, oriundus, nō
sine futuræ sanctitatis prælagio in lucem pro-
diit. Eius namque genitrix, cum concepto foe-
tu grauida esset, vidit nocte quadam intempe-
sta è sinu suo rutilantem nimioque fulgore
micantem procedere solem, & mundo ingens
lumen præbere. Porrò Columbanus exactis
infantiæ annis, pubescente ætate, artium li-
beralium & Grammaticorum literis capaci
inprimis ingenio operam nauare cepit: eam-
que ad virilem vsque ætatem magna animi
contentione profecutus est. Sed cum eum for-
mæ elegantia, corporis candor, & nobilis
pubertas omnibus gratum redderet, cœpit
antiquus hostis lethifera sua in eum torquere
tela: vt quem tanto cernebat pollere ingenio,
suis, si posset, nexibus implicaret. Aggreditur
igitur lasciuas puellas, illasque eius amore in-
flam-

*Visto ma-
tri S. Co-
lumbani.*

*Dat operam
literis.*

*Diabolus
institatur
eum pudici-
tia.*